

Gospel for the Feast of St. Thomas the Apostle

Tonus antíquior

D

Ominus vobíscum. Rx. Et cum spí-ritu tu-o. V. Sequénti-a Sancti

I

Evangé-li-i secúndum Jo-ánnem. Rx. Glóri-a tibi Dómine.

I

-n illo témpore: Thomas, unus ex du-ódecim, qui dí-citur Dídymus,

I

non erat cum e-is, quando venit Jesus. Dixérunt ergo e-i á-li-i discípu-li:

I

Vídimus Dóminum. Ille autem dixit e-is: Ni-si vídero in máníbus ejus fi-

I

xúram clavórum, et mittam dígitum me-um in locum clavórum, et mittam

I


manum me-am in latus ejus, non credam. Et post di-es octo, í-terum

I


erant discípu-li ejus intus, et Thomas cum e-is. Venit Jesus jánu-is clau-

I


sis, et ste-tit in médi-o, et dixit: Pax vobis. De-índe di-cit Thomæ: Infer




dígito tu-um huc, et vide manus me-as, et affer manum tu-am, et mitte



in latus me-um: et no-li esse incrédulus, sed fidé-lis. Respóndit Thomas,



et dixit e-i: Dóminus me-us, et De-us me-us. Dixit e-i Jesus: Qui-a



vidísti me, Thoma, credidísti: be-á-ti qui non vidérunt, et credidérunt.